



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 179. Protestantes in Bohemia Sectæ suæ libertatem a Cæsare
postulantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. pollicitus, compositis etiam aliis inter
 A. C. 1617. Venetos & Ferdinandum diffidiis, die
 sexta Novembris pacem promulgabat, suasque copias in Mediolanensem ditionem reducebat. Ceterum hæc pax nonnisi sequenti anno suam nacta est firmitatem, postquam Petrus Gallorum minis territus, ad fœdus, Vercellasque reddendas compulsus fuerat.

§. CLXXIX.

Protestantes in Bohemia sectæ suæ libertatem a Cæsare postulantes.

Rel. Hist. Cont. Sigm. Meurer Merc. Gallob. tom. II. l. 4. Carafa com. Germ. Sacrest. p. 54. Jäger Hist. Eccl. l. 7. cap. 3.

Sub idem ferme tempus Protestantes Bohemiæ Status conventum agebant, in quo liberum sectæ suæ exercitium sibi permitti, a Cæsare petebant: attamen Matthias Imperator haud ignarus, quod Protestantium consilia nonnisi ad deprimendam Cæsaris auctoritatem, atque extirpandos Catholicos collimarent, huncque in finem Principes, qui se *Correspondentes* dicebant, arctum cum Hollandis fœdus iniissent, hinc Cæsar ipsis ad sua postulata paucis hæc respondit: „Nihil vobis in Religionis negotio indulgere, nec noviquicquam, salva conscientia permittere possumus; speramus autem, Ordines nihil novi petituros, sed pactis conventis veteribus, longo jam usu
 „&

„& tempore receptis atque confirmatis Sæc. XVII.
 „aquieturos: interim tamen volumus, A. C. 1617.
 „ut Sacerdotes pro illis, qui sub utra-
 „que specie cœnam sumunt, a Pragenfi
 „Archiepiscopo constituentur, ne de
 „eorum defectu conqueri valeant, eis-
 „que suos mortuos in templis & cœ-
 „meteriis eorum, qui *sub una*, maxime
 „si jus ad ea aliquod demonstrare pos-
 „sunt, ad campanarum pulsum sepelire
 „liceat. Præcipimus autem, ut Pi-
 „cardi a sectæ suæ exercitio in occul-
 „tis latebris peragendo plane abstineant,
 „& vel illis, qui *sub una*, vel *sub utraque*
 „cæna participant, sese jungant,
 „cum eorum secta in hoc Regno nun-
 „quam admissa fuerit. Verum Prote-
 „stantes hoc responso minime contenti, Anno 1575.
 „opponebant Maximilianum Cæsarem
 „promisisse, se non passurum, *ut alicui*
 „*in Bohemice Regno vis aliqua ob Religionis*
 „*& conscientie causam inferatur*: de cete-
 „ro autem suam confessionem in Dei Ver-
 „bo satis fundatam, Augustanæ Con-
 „fessionis consonam, & ab ipso Impera-
 „tore, sine ullo Religionis *sub utraque*
 „discrimine, Ordinibus concessam dice-
 „bant, ut proin nequaquam *hæretica es-*
 „*set*: Denique vetera pacta per ipsam
 „hanc concessionem querebantur sublata,
 „& quid de illis in Regni constitutione
 „adhuc reliquum foret, non obstringi

Sæc. XVII. Ordines afferebant ad hoc, ut fidem
 A. C. 1617. suam ad alterius nutum componant,
 sed duntaxat, ne pars una ab altera ob
 Religionem opprimatur, cumque Ma-
 ximilianus hanc libertatem eis absque
 juramenti regii, vel conscientiae læsio-
 ne concessisset, eadem ratione Cæsar
 quoque Ordinibus *sub utraque* commu-
 nicantibus sectam suam absque ullo
 vel Pontificis, vel alterius cujuscumque
 respectu liberam relinquere, tuta con-
 scientia valeret. Attamen graves ob-
 stiterant rationes, quæ Cæsarem a de-
 neganda hac libertate absterrebant.

§. CLXXX.

*Ferdinandus Archidux Austriae &
 Styriae Princeps a Mathia Cæ-
 sare in Filium adoptatus.*

*Carafa l. c.
 Jæger l. c. 4.
 Joan. Bapt.
 Naxi Hist.,
 dela Rep.
 Ven.*

Cum Matthias Imperator senio gravis,
 ac omni masculæ prolis spe destitu-
 tus esset, eidem Maximilianus Archidux
 auctor exstitit, ut de hærede, ac Re-
 gnorum Successore nominando cogita-
 re vellet. Hæc propositio ab initio mi-
 nus grata accidit Imperatori, qui se vi-
 vente veluti Cæsareæ Authoritatis fu-
 neralia celebrari, ægre ferebat; postea
 tamen funestis illius casibus, qui Reli-
 gioni, & Domui Austriacæ, nondum
 firmato successionis jure contingere pos-
 sent,